Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Volvntarivm Imperii Consortivm Inter Fridericvm Avstriacvm Et Lvdovicvm Bavarvm Avgg.

Köhler, Johann David
Baumann, Johann Friedrich

Altdorfii, 1733

Avgvstissime et invictissime imperator, domine omnivm clementissime

urn:nbn:de:bsz:31-130795

Visual Library

AVGVSTISSIME ET INVICTISSIME

IMPERATOR,

DOMINE OMNIVM CLEMENTISSIME.

SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS VESTRAE quinque et decem Glorioſiſſimis ex Domo Habsburgico-Auſtriaca

ad

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ad ſalutem Orbis Chriſtiani divinitus datis et formatis Anteceſſoribus in Sacro Romano Imperio Teutonicæ Nationis, quorundam Hominum vel Inſcitia, vel Invidia, iniquo auſu, hactenus ſubducere laboravit FRIDERICVM PVLCHRVM, IMPERATOREM, Auguſtiſſimum Conſtantiæ et Fortitudinis Auſtriacæ Exemplum.

Cum vero in tanta luce Hiſtoriarum hujus ævi omnia clariora reddantur, quæ unquam, vel delere vetuſtas, vel oblivio obſcurare, vel invidia evertere, conata eſt, ſub Auſpiciis SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS VESTRAE, tenuiſſima quidem, ſed devotiſſima, validiſſimisque monumentis ſuffulta opera, IMPERATOREM FRIDERICVM PVLCHRVM ab omnibus obtrectationibus vindicare, ac ſibi optimo Jure competens

anti-

antiquum Altiſſimæ Fortunæ ac Dignitatis Imperialis Faſtigium reponere, meus extremus Academicus Labor fuit, quem totum ad immortale Decus et Gloriam AVGVSTISSIMAE DOMVS AVSTRIACAE comparatum, ut SACRATISSIMA CAESAREA MAIESTAS VESTRA clementiſſime reſpicere, SVAque Protectione dignari velit, proſtratus ad Solium ſacrum AVGVSTISSIMAE VESTRAE MAIESTATIS, maxime ſuppliciter et humillime oro atque obſecro.

Ex Votis tot Myriadum ſubditorum SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS VESTRAE indies multiplicatis, ſervet Deus Optimus Maximus AVGVSTISSIMVM CAESAREM NOSTRVM, augeatque innumeris Felicitatis et DOMVS

 Av-

AVGVSTAE incrementis, atque perpetua incolumitate, faxitque propitius, ut Firmamento Sanctionis Pragmaticæ, ſapientiſſimæ Providentiæ AVGVSTAE maximo Beneficio, perſtet, ac usque ad finem Seculorum perduret Imperii Romano-Germanici et totius Chriſtiani Orbis Salus et Tranquillitas inconcuſſa.

SACRATISSIMÆ MAIESTATIS
CÆSAREÆ VESTRÆ

ſubjectiſſimus devotiſſimusque
ſervus
JOHANNES FRIDERICVS BAVMANN.